Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



num Praefectum ad Athesim a Carolo M. constitutum, Comitem de Andechs vocat.

9) Vide supra Addit. 3 et 4: praeque autem Bollandum ad 5 Feb. et Schmidum in Chreng. p. I.

10) Litera Leonis III Papae; quas, etsi nonnihil corruptas, recitat Hundius Metrop. Salisb. et Rechinus Annal. Sabion. sec. VIII § 71, cum hoc exordio: Dilectissimis nobis Alim Ecclesiae Sabionensis, qui nunc Brixinensis, seu Altoni Ecclesiae Frisingiae, ac simul Ecclesiae Reginensis, nec non Waltrico Ecclesiae Patavienfis, et Simberto Ecclesiae Niwenburgensis, Provinciae Bajoariorum Episcopis Leo Servus Servorum Dei. Rechinus tamen Annal. 575 ita restituendum censet: Dilectissimis nobis Alim Ecclesiae Sabionensis, seu Altoni Ecclesiae Frisingiae, Adlwino Ecclesiae Reginensis etc.

11) Anonymus Hist. Conversionis Carinth. apud Rechinum Hansizium t. II in Arnone.

12) Hermannus Contractus Chron. Eginhardus in vita Caroli M. Walafridus Strabo Ab. Augiensis ~~apud eundem ita canit~~ I poem. ad Grimaldum, ita canit:

Hic vir in hac patria summa bonitate nitebat,
Moribus egregius, verax, mansuetus, honestus;
Cui Regina soror Ludovici cara genetrix
Hildegardis erat pariti bonitate venusta.
Viribus ille potens, sanctoque potentior actu.
Defuerat soboles, pariterque et defuit haeres etc.

13) Buellinus Hist. Agilolf. in Isembardo: fuit hac Irmentrudes soror germana sancta Hildegardis Imperatricis, Caroli Magni Augustissimae conjugis, cui prodole Ravensburgum et Altdorfium cum amplissimis dominiis cesserat, utraque ut vetustissimi manuscripti codices habent, in arce Ravensburgensi magnam partem educata, ita ut etiam Hildegardes cum amore loci, tum sororis lectissima, occupato gravissimis expeditionibus cum Carolo, tum Isembardo, Ravensburgi degeret, pro sororis delectata convictu, locum illum non minus sua presentia, et sanctissimis vita exercitiis, quam Hillemontium, celebriorem et feliciorem redderet. --- Hoc certissimum est majorum traditione, et plurimarum familiarum comprobata tot seculis generis deductione, Isembardum filios plurimos, sive uno, sive multiplici patre unane an e pluribus successive conjugibus habuisse; et hinc antiam aliam, quam Irmentrudem agnoscamus Hildegardem frequentes in Altravensburg degisse, testatur etiam Birkius in tract. de Mon. Campod. quem vide ad C. VIII Add. 131. De Irmentrude traditio est, eam uno partu edidisse duodecim filios, quos omnes Guelfos nominavit. Sed ad distinctionem primus eorum Guelfonis, reliqui alius dein-